

Gender fluid? La “vera” storia di Ermafrodito

di Ilaria Torzi

Senz’altro la classicità ha mostrato apertura di fronte agli orientamenti sessuali, ma questa volta parliamo proprio di un caso “da manuale” di molteplicità: *Gender fluid? La “vera” storia di Ermafrodito*.

Non ci si soffermerà sugli aspetti scientifici e biologici dell’ermafroditismo, che però, volendo, potranno essere affidati alla collaborazione dell’insegnante di Scienze naturali, nell’ottica di una didattica integrata. Il focus del percorso, invece, verterà su una vicenda di metamorfosi presentata nell’omonimo poema epico di Ovidio.



Come nel caso delle *Lacrime di Cesare*, tuttavia, costruiremo una piccola “matrioska” che consentirà di estrapolare l’approfondimento di diversi aspetti del brano: il parallelo/antitesi con altre vicende dell’opera, quali quella di Callisto; la ricerca lessicale nell’ambito dell’effeminatezza; il confronto con altre fonti che ci parlano di Ermafrodito e della sua vicenda, ma soprattutto l’accostamento della lettura del poeta alle opere d’arte che da una parte lo hanno ispirato, dall’altra ne sono state influenzate.

Per quest’ultimo aspetto sarà sicuramente preziosa la cooperazione con l’insegnante di storia dell’arte; le mie proposte qui si limiteranno a quanto riporta la letteratura in merito dell’arte antica e all’associazione delle immagini con il testo ovidiano. Infine si farà anche “un’incursione” nell’ambito delle civiltà romana e dell’educazione civica, accennando alla visione della società latina di attività/passività nell’ambito di una storia omo- o eterosessuale e alla posizione giuridica dell’ermafrodito nell’evolversi di Roma.

Possiamo quindi riassumere gli obiettivi generali dell’intero percorso:

- Nell’ambito delle competenze di latino: approfondimento di un autore e di un’opera di età tardo augustea.
- Nell’ambito delle conoscenze della civiltà romana (ed eventualmente dell’educazione civica): passività del partner nell’ambito dell’eros nel mondo romano; situazione giuridica dell’ermafrodito.
- Nell’ambito della storia dell’arte: presentazione delle corrispondenze e soprattutto delle differenze fra l’antica iconografia di Ermafrodito, anche precedente ad Ovidio, e la figura plastica che ne tratteggia il poeta, nonché commento con la parafrasi dei versi del poeta di immagini ispirate proprio alla vicenda di metamorfosi.
- Nell’ambito delle competenze digitali: uso appropriato dei database specifici della classicità per il reperimento di passi mirati; reperimento e utilizzo delle immagini nel rispetto del copyright.

È a mio avviso poco utile quantificare le ore necessarie, perché si tratta in realtà di un percorso molto esteso, che difficilmente si potrà svolgere nella sua interezza. Cerco di evidenziare più che delle vere e proprie “lezioni”, nonostante la dicitura, degli step, che possono essere seguiti in successione, ma se ne possono anche scegliere alcuni a seconda delle esigenze.

I lezione: L'autore e le opere (2h)

Il primo step è sicuramente la presentazione del poeta e delle sue opere, qualora non si sia già fatta estesamente, si può proporre uno schema molto essenziale (si può utilizzare anche il ppt presente su hub scuola:

https://docs.google.com/presentation/d/1bl0oU2Dp_55JYRYyNRhM7Tf_cclX8e_piX8i05FDGnl/edit#slide=id.p18

e il video di M. Bettini:

<https://campus.hubscuola.it/discipline-umanistiche-2/latino/r-ovidio-vita-e-opere/>):

- Ovidio: 44 a.C. – 18d.C. Secondo periodo dell'età augustea; il clima politico è cambiato: non ci sono più i valori della tarda repubblica, se ancora con gli elegiaci scrivere e tralasciare l'impegno civile era una scelta, adesso non c'è più motivo di occuparsi di politica e c'è un solco fra attività letteraria e realtà politico-sociale. Il *princeps* detta le regole della politica culturale; le scuole di retorica si chiudono in discussioni irreali e gli artifici retorici pervadono maggiormente la poesia.
- Produzione molteplice. Nel primo periodo (20 a.C.-1 d.C. ca) abbiamo opere di tipo elegiaco, erotico ed erotico-didascalico (*Amores*, *Herodies*, *Ars amandi*, *Remedia amoris*, *Medicamina faciei feminae*).
- Segue un periodo più 'impegnato' (2 d.C.-8 d.C.): *Metamorfosi* e *Fasti*.
- Infine abbiamo il periodo dell'esilio (8 d.C. - 18 d.C.), con le opere apologetiche ma anche di ispirazione più intima: *Tristia*, *Epistulae ex Ponto*.
- La produzione elegiaca ovidiana si richiama alla precedente tradizione nell'ambito di questo genere letterario ([Catullo], Tibullo, Propertio), ma è molto più scanzonata, coinvolge molto meno la biografia dell'autore (*Iusus*).
- Nel programma di risanamento dei costumi le opere erotiche ovidiane sono condannate, in particolare l'*Ars amandi*, "manuale di seduzione", che forse costò l'esilio a Ovidio (*Trist.* 2, 207: *carmen et error*; grande successo nell'ambito dell'amor cortese medievale; vi si ispirerà però Andrea Cappellano nel *de amore* del XII sec.).
- In realtà Ovidio dichiarò che era un modo di spingere all'orrore per il vizio, mettendolo in mostra e spesso si tratta di una parodia dei manuali didascalici retorici in voga ai tempi.
- Ovidio non è un eversivo, almeno non completamente; infatti la sua scelta erotica non chiede *desidia*, *inertia* ecc. come negli elegiaci: la *militia amoris*, per vincere nel corteggiamento (*Amor.* 1, 9, 1-32), richiede forza e impegno, ideali non diversi dalla morale quiritaria. La scelta della vita al servizio di Eros e della poesia è solo una delle possibili, non l'unica in polemica col regime.
- Le *Metamorfosi*: poema epico (esametri: 12000 in 15 libri), che narra la storia del mondo dalle origini ai tempi del poeta, trascorrendo da un mito all'altro per 'associazione metamorfica'.
- È una rassegna del patrimonio mitologico e letterario greco-romano che vuole essere una sorta di 'opera-storia universale'.

Si può introdurre poi il **quarto libro** presentando il pre-testo del brano da analizzare (vv. 1-284):

Le Minieidi, che rifiutano il culto di Bacco, non ne rispettano la festività e continuano il loro lavoro di tessitura (vv. 1-35), per allietare il quale si intrattengono a vicenda con racconti mitici, accomunati dall'infelicità in amore. Si susseguono le vicende di Piramo e Tisbe (55-166); Venere e Marte svergognati da Efesto (vv. 169-189); la passione del Sole per Clizia e Leucòtoe (vv. 190-270). A questo punto si inserisce l'ultimo canto, quello di Alcithoe, scenograficamente preparato con la suspense creata dalla narratrice, che prospetta una *dulcis novitas*, dopo aver scartato tramite la figura retorica della preterizione, una serie di altre storie degne di canto ma più banali: gli amori di Dafni; Sitone che alterna il proprio sesso; Celmi, i Cureti, Croco e Smilace (276-284). Tuttavia la Minieide con l'ultima narrazione

sembra voler introdurre un mito eziologico, non una sfortunata storia erotica, per evidenziare come mai la fonte Salmacide, di cui tutti conoscono il nefasto potere di “rammollire” chi ne viene in contatto, abbia assunto questa prerogativa: *Unde sit infamis, quare male fortibus undis/ Salmacis enervet tactosque remolliat artus,/ discite. Causa latet, vis est notissima fontis.* (vv. 285-287).

Il pre-testo si può “raccontare” ai ragazzi, farlo loro leggere in italiano o anche assegnarlo in latino a gruppi secondo il modello del **jigsaw**: si impostano in classe gruppi base di 5 membri l’uno. A ciascun gruppo si affidano i cinque brani in cui è stato suddiviso il passo (vv. 1-270) I ragazzi che hanno lo stesso testo lavorano assieme alla traduzione e cercano notizie (anche tramite wikipedia) sui personaggi citati. Qualora non terminino il lavoro in classe lo portano a compimento a casa, in modo cooperativo in presenza o a distanza. Ecco i cinque testi di lunghezza il più possibile uniforme:

1. vv. 1-54: Introduzione al libro e contrapposizione fra l’atteggiamento di chi festeggia Dioniso e le Minieidi.



At non Alcithoe Minyeias orgia censet
accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchum
progeniem negat esse Iovis sociasque sorores
impietatis habet. festum celebrare sacerdos
inmunesque operum famulas dominasque
suorum
pectora pelle tegi, crinales solvere vittas,
serta coma, manibus frondentis sumere
thyrsos
iusserat et saevam laesi fore numinis iram
vaticinatus erat: parent matresque nurusque
telasque calathosque infectaque pensa
reponunt
turaque dant Bacchumque vocant
Bromiumque Lyaeumque
ignigenamque satumque iterum solumque
bimatrem;
additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus
et cum Lenaeo genialis consitor uvae
Nyteliusque Eleleusque parens et Iacchus et
Euan,
et quae praeterea per Graias plurima gentes
nomina, Liber, habes. tibi enim inconsumpta
iuventa est,
tu puer aeternus, tu formosissimus alto
conspiceris caelo; tibi, cum sine cornibus
adstas,
virgineum caput est; Oriens tibi victus,
adusque

decolor extremo qua tingitur India Gange.
Pentheia tu, venerande, bipenniferumque
Lycurgum
sacrilegos mactas, Tyrrhenaque mittis in
aequor
corpora, tu biugum pictis insignia frenis
colla premis lyncum. Bacchae satyrique
sequuntur,
quique senex ferula titubantis ebrius artus
sustinet et pando non fortiter haeret asello.
quacumque ingrederis, clamor iuvenalis et
una
femineae voces impulsaque tympana palmis
concavaque aera sonant longoque foramine
buxus.
'Placatus mitisque' rogant Ismenides 'adsis,'
iussaque sacra colunt; solae Minyeides intus
intempestiva turbantes festa Minerva
aut ducunt lanas aut stamina pollice versant
aut haerent telae famulasque laboribus
urgent.
e quibus una levi deducens pollice filum
'dum cessant aliae commentaque sacra
frequentant,
nos quoque, quas Pallas, melior dea, detinet'
inquit,
'utile opus manuum vario sermone levemus
perque vices aliquid, quod tempora longa
videri

non sinat, in medium vacuas referamus ad aures!
dicta probant primamque iubent narrare sorores.
illa, quid e multis referat (nam plurima norat), cogitat et dubia est, de te, Babylonia, narret, Derceti, quam versa squamis velantibus artus stagna Palaestini credunt motasse figura, an magis, ut sumptis illius filia pennis

2. vv. 55-104: Piramo e Tisbe, fino all'incontro della ragazza con la leonessa.

'Pyramus et Thisbe, iuvenum pulcherrimus alter,
altera, quas Oriens habuit, praelata puellis, contiguas tenuere domos, ubi dicitur altam coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem. notitiam primosque gradus vicinia fecit, tempore crevit amor; taedae quoque iure coissent, sed vetuere patres: quod non potuere vetare, ex aequo captis ardebant mentibus ambo. conscius omnis abest; nutu signisque loquuntur, quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.
fissus erat tenui rima, quam duxerat olim, cum fieret, paries domui communis utriusque. id vitium nulli per saecula longa notatum - quid non sentit amor? - primi vidistis amantes et vocis fecistis iter, tutaeque per illud murmure blanditiae minimo transire solebant.
saepe, ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc, inque vices fuerat captatus anhelitus oris, "invidere" dicebant "paries, quid amantibus obstas? quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi aut, hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres? nec sumus ingrati: tibi nos debere fatemur, quod datus est verbis ad amicas transitus auris."

extremos albis in turribus egerit annos, nais an ut cantu nimiumque potentibus herbis verterit in tacitos iuvenalia corpora pisces, donec idem passa est, an, quae poma alba ferebat
ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor: hoc placet; hanc, quoniam vulgaris fabula non est, talibus orsa modis lana sua fila sequente:



talia diversa nequiquam sede locuti sub noctem dixere "vale" partique dedere oscula quisque suae non pervenientia contra. postera nocturnos Aurora removerat ignes, solque pruinosas radiis siccaverat herbas: ad solitum coiere locum. tum murmure parvo multa prius questi statuunt, ut nocte silenti fallere custodes foribusque excedere temptent, cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquunt, neve sit errandum lato spatiantibus arvo, convenient ad busta Nini lateantque sub umbra arboris: arbor ibi niveis uberrima pomis, ardua morus, erat, gelido contermina fonti. pacta placent; et lux, tarde discedere visa, praecipitatur aquis, et aquis nox exit ab isdem.
'Callida per tenebras versato cardine Thisbe egreditur fallitque suos adopertaque vultum pervenit ad tumulum dictaque sub arbore sedit. audacem faciebat amor. venit ecce recenti caede leaena boum spumantis oblita rictus depositura sitim vicini fontis in unda; quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe vidit et obscurum timido pede fugit in antrum, dumque fugit, tergo velamina lapsa reliquit. ut lea saeva sitim multa conpescuit unda, dum redit in silvas, inventos forte sine ipsa ore cruentato tenues laniavit amictus.

3. vv. 105-166: Piramo e Tisbe, l'equivoco in cui cade il ragazzo e lo scioglimento tragico della vicenda.



(sulla storia complessiva di Piramo e Tisbe si può anche consultare l'allegato su Hub Campus (file:///C:/Users/lator/AppData/Local/Temp/Temp1_4740dacd00269ca93092c06354cd57ff.zip/c4_at_ovidio4.pdf))

Serius egressus vestigia vidit in alto
pulvere certa ferae totoque expalluit ore
Pyramus; ut vero vestem quoque sanguine
tinctam
repperit, "una duos" inquit "nox perdet
amantes,
e quibus illa fuit longa dignissima vita;
nostra nocens anima est. ego te, miseranda,
peremi,
in loca plena metus qui iussi nocte venires
nec prior huc veni. nostrum divellite corpus
et scelerata fero consumite viscera morsu,
o quicumque sub hac habitatis rupe leones!
sed timidi est optare necem." velamina
Thisbes
tollit et ad pactae secum fert arboris umbram,
utque dedit notae lacrimas, dedit oscula vesti,
"accipe nunc" inquit "nostri quoque sanguinis
haustus!"
quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum,
nec mora, ferventi moriens e vulnere traxit.
ut iacuit resupinus humo, cruor emicat alte,
non aliter quam cum vitiato fistula plumbo
scinditur et tenui stridente foramine longas
eiaculatur aquas atque ictibus aera rumpit.
arborei fetus adspergine caedis in atram
vertuntur faciem, madefactaque sanguine
radix
purpureo tinguunt pendencia mora colore.
Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,
illa redit iuvenemque oculis animoque
requirit,
quantaque vitarit narrare pericula gestit;
utque locum et visa cognoscit in arbore
formam,
sic facit incertam pomi color: haeret, an haec
sit.
dum dubitat, tremebunda videt pulsare
cruentum
membra solum, retroque pedem tulit, oraque

buxo
pallidiora gerens exhorruit aequoris instar,
quod tremit, exigua cum summum stringitur
aura.
sed postquam remorata suos cognovit
amores,
percutit indignos claro plangore lacertos
et laniata comas amplexaque corpus amatum
vulnera supplevit lacrimis fletumque cruori
miscuit et gelidis in vultibus oscula figens
"Pyrame," clamavit, "quis te mihi casus
ademit?
Pyrame, responde! tua te carissima Thisbe
nominat; exaudi vultusque attolle iacentes!"
ad nomen Thisbes oculos a morte gravatos
Pyramus erexit visaque recondidit illa.
Quae postquam vestemque suam cognovit et
ense
vidit ebur vacuum, "tua te manus" inquit
"amorque
perdidit, infelix! est et mihi fortis in unum
hoc manus, est et amor: dabit hic in vulnera
vires.
persequar extinctum letique miserrima dicar
causa comesque tui: quique a me morte
revelli
heu sola poteris, poteris nec morte revelli.
hoc tamen amborum verbis estote rogati,
o multum miseri meus illiusque parentes,
ut, quos certus amor, quos hora novissima
iunxit,
conponi tumulo non invidetis eodem;
at tu quae ramis arbor miserabile corpus
nunc tegis unius, mox es tectura duorum,
signa tene caedis pullosque et luctibus aptos
semper habe fetus, gemini monumenta
cruoris."
dixit et aptato pectus mucrone sub imum
incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.
vota tamen tetigere deos, tetigere parentes;

nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater,
quodque rogis superest, una requiescit in
urna.'

**4. vv. 167-216: Venere e Marte
svergognati da Efesto e l'introduzione
alla vendetta di Venere.**



Desierat: mediumque fuit breve tempus, et
orsa est
dicere Leuconoe: vocem tenuere sorores.
'hunc quoque, siderea qui temperat omnia
luce,
cepit amor Solem: Solis referemus amores.
primus adulterium Veneris cum Marte putatur
hic vidisse deus; videt hic deus omnia primus.
indoluit facto lunonigenaeque marito
furta tori furtique locum monstravit, at illi
et mens et quod opus fabrilis dextra tenebat
excidit: extemplo graciles ex aere catenas
retiaque et laqueos, quae lumina fallere
possent,
elimat. non illud opus tenuissima vincant
stamina, non summo quae pendet aranea
tigno;
utque levis tactus momentaque parva
sequantur,
efficit et lecto circumdata collocat arte.
ut venere torum coniunx et adulter in unum,
arte viri vinclisque nova ratione paratis
in mediis ambo deprensi amplexibus haerent.
Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas
inmisitque deos; illi iacuerunt ligati
turpiter, atque aliquis de dis non tristibus
optat
sic fieri turpis; superi risere, diuque
haec fuit in toto notissima fabula caelo.
Exigit indicii memorem Cythereia poenam
inque vices illum, tectos qui laesit amores,

laedit amore pari. quid nunc, Hyperione nate,
forma colorque tibi radiataque lumina
prosunt?
nempe, tuis omnes qui terras ignibus uris,
ureris igne novo; quique omnia cernere
debes,
Leucothoen spectas et virgine figis in una,
quos mundo debes, oculos. modo surgis Eoo
temperius caelo, modo serius incidis undis,
spectandique mora brumalis porrigis horas;
deficis interdum, vitiumque in lumina mentis
transit et obscurus mortalia pectora terres.
nec tibi quod lunae terris propioris imago
obstiterit, palles: facit hunc amor iste
colorem.
diligis hanc unam, nec te Clymeneque
Rhodosque
nec tenet Aeaeae genetrix pulcherrima Circes
quaeque tuos Clytie quamvis despecta
petebat
concupitus ipsoque illo grave vulnus habebat
tempore: Leucothoe multarum obliviam fecit,
gentis odoriferae quam formosissima partu
edidit Eurynome; sed postquam filia crevit,
quam mater cunctas, tam matrem filia vicit.
rexit Achaemenias urbes pater Orchamus
isque
septimus a prisco numeratur origine Belo.
Axe sub Hesperio sunt pascula Solis equorum:
ambrosiam pro gramine habent; ea fessa
diurnis
membra ministeriis nutrit reparatque labori.

5. vv. 217-270: l'incontro del Sole con Leucòtoe, la vendetta di Clizia e la sua trasformazione.



Dumque ibi quadrupedes caelestia pabula
carpunt
noxque vicem peragit, thalamos deus intrat
amatos,
versus in Eurynomes faciem genetricis, et
inter
bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit
levia versato ducentem stamina fuso.
ergo ubi ceu mater carae dedit oscula natae,
"res" ait "arcana est: famulae, discedite neve
eripite arbitrium matri secreta loquendi."
paruerant, thalamoque deus sine teste relicto
"ille ego sum" dixit, "qui longum metior
annum,
omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
mundi oculus: mihi, crede, places." pavet illa,
metuque
et colus et fusus digitis cecidere remissis.
ipse timor decuit. nec longius ille moratus
in veram rediit speciem solitumque nitorem;
at virgo quamvis inopino territa visu
victa nitore dei posita vim passa querella est.
Invidit Clytie (neque enim moderatus in illa
Solis amor fuerat) stimulataque paelicis ira
vulgat adulterium diffamatamque parenti
indicat. ille ferox inmansuetusque precantem
tendentemque manus ad lumina Solis et "ille
vim tulit invitae" dicentem defodit alta
crudus humo tumulumque super gravis addit
harenae.
dissipat hunc radiis Hyperione natus iterque
dat tibi, qua possis defossos promere vultus;

nec tu iam poteris enectum pondere terrae
tollere, nympha, caput corpusque exsangue
iacebas:
nil illo fertur volucrum moderator equorum
post Phaethonteos vidisse dolentius ignes.
ille quidem gelidos radiatorum viribus artus
si queat in vivum temptat revocare calorem;
sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,
nectare odorato sparsit corpusque locumque
multaque praequestus "tanges tamen
aethera" dixit.
protinus inbutum caelesti nectare corpus
delicuit terramque suo madefecit odore,
virgaque per glaebas sensim radicibus actis
turea surrexit tumulumque cacumine rupit.
At Clytiam, quamvis amor excusare dolorem
indiciumque dolor poterat, non amplius
auctor
lucis adit Venerisque modum sibi fecit in illa.
tabuit ex illo dementer amoribus usa;
nympharum inpatiens et sub love nocte
dieque
sedit humo nuda nudis incompta capillis,
perque novem lucas expers undaeque cibique
rore mero lacrimisque suis ieiunia pavit
nec se movit humo; tantum spectabat euntis
ora dei vultusque suos flectebat ad illum.
membra ferunt haesisse solo, partemque
coloris
luridus exsanguis pallor convertit in herbas;
est in parte rubor violaeque simillimus ora
flos tegit. illa suum, quamvis radice tenetur,
vertitur ad Solem mutataque servat amorem.

Il lezione: Lettura del testo di Salmacide ed Eramfrodito (2h)



Se si è optato per il lavoro di gruppo, la lezione successiva gli studenti che hanno cooperato rientrano nel loro gruppo base e ciascuno condivide con gli altri la propria parte di lavoro, in modo che, dopo una revisione generale a cura dell'insegnante, la traduzione fatta assieme degli ultimi versi (271-284) e un'eventuale messa in comune del materiale tramite registro elettronico o classroom, tutti abbiano accesso alle medesime conoscenze.

Ecco i vv. 271-284:

Dixerat, et factum mirabile ceperat auris;
pars fieri potuisse negant, pars omnia veros
posse deos memorant: sed non est Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoe, postquam siluere sorores.
quae radio stantis percurrens stamina telae
'vulgatos taceo' dixit 'pastoris amores
Daphnidis Idaei, quem nymphe paelicis ira

contulit in saxum: tantus dolor urit amantes;
nec loquor, ut quondam naturae iure novato
ambiguus fuerit modo vir, modo femina Sithon.
te quoque, nunc adamas, quondam fidissime
parvo,
Celmi, Iovi largoque satos Curetas ab imbri
et Crocon in parvos versum cum Smilace flores
praetereo dulcique animos novitate tenebo.



A questo punto, si può presentare il post-testo, decisamente più breve (vv. 389-415), per capire la conclusione della vicenda-cornice con la trasformazione delle Minieidi in pipistrelli: avendo rifiutato gioia e luce, sono condannate a vivere nelle tenebre che ne hanno ottenebrato la mente. Lo si può raccontare, leggere in italiano o tradurre assieme:

Finis erat dictis, et adhuc Minyeia proles
urguet opus spernitque deum festumque
profanat,
tympana cum subito non adparentia raucis
obstrepere sonis, et adunco tibia cornu
tinnulaque aera sonant; redolent murraeque
croci que,
resque fide maior, coepere virescere telae
inque hederæ faciem pendens frondescere vestis;
pars abit in vites, et quae modo fila fuerunt,
palmite mutantur; de stamine pampinus exit;
purpura fulgorem pictis adcommodat uvis.

iamque dies exactus erat, tempusque subibat,
quod tu nec tenebras nec possis dicere lucem,
sed cum luce tamen dubiae confinia noctis:
tectæ repente quati pinguesque ardere videntur
lampades et rutilis conlucere ignibus aedes
falsaque saevarum simulacra ululare ferarum,
fumida iam dudum latitant per tectæ sorores
diversaeque locis ignes ac lumina vitant,
dumque petunt tenebras, parvos membrana per
artus
porrigitur tenuique includit brachia pinna;
nec qua perdiderint veterem ratione figuram,

scire sinunt tenebrae: non illas pluma levavit,
sustinere tamen se perlucentibus alis
conataeque loqui minimam et pro corpore vocem

emittunt peraguntque levi stridore querellas.
tectaue, non silvas celebrant lucemque perosae
nocte volant seroque tenent a vespere nomen.

È giunto il momento di presentare il lungo testo ovidiano che, come detto, dovrebbe riguardare un mito eziologico e spiegare la cattiva fama della fonte Salmacide; sono poco più di cento versi, che, ancora una volta, si possono leggere assieme, leggere in parte e far concludere a casa agli studenti o suddividere in un lavoro di gruppo analogo a quello proposto per il pre-testo. Non è facile suddividere in modo sensato il brano, proporrei di segmentarlo in **tre parti**, ma sicuramente va messa un'introduzione alla seconda e alla terza per far capire agli studenti lo svolgersi della vicenda:

1. vv. 285-319: presentazione dei protagonisti e decisione di Salmacide, colpita dalla bellezza di Ermafrodito, di rivolgersi a lui:

'Unde sit infamis, quare male fortibus
undis 285
Salmacis enervet tactosque remolliat artus,
discite. causa latet, vis est notissima fontis.
Mercurio puerum diva Cythereide natum
naides Idaeis enutrivere sub antris,
cuius erat facies, in qua materque
paterque 290
cognosci possent; nomen quoque traxit ab illis.
is tria cum primum fecit quinquennia, montes
deseruit patrios Idaeque altrice relicta
ignotis errare locis, ignota videre
flumina gaudebat, studio minuente
laborem. 295
ille etiam Lycias urbes Lyciaeque propinquos
Caras adit: videt hic stagnum lucentis ad imum
usque solum lymphae; non illic canna palustris
nec steriles ulvae nec acuta cuspide iunci;
perspicuus liquor est; stagni tamen ultima
vivo 300
caespites cinguntur semperque virentibus herbis.

nympha colit, sed nec venatibus apta nec arcus
flectere quae soleat nec quae contendere cursu,
solaque naiadum celeri non nota Dianae.
saepe suas illi fama est dixisse sorores 305
"Salmaci, vel iaculum vel pictas sume pharetras
et tua cum duris venatibus otia misce!"
nec iaculum sumit nec pictas illa pharetras,
nec sua cum duris venatibus otia miscet,
sed modo fonte suo formosos perluit
artus, 310
saepe Cytoriaco deducit pectine crines
et, quid se deceat, spectatas consulit undas;
nunc perlucenti circumdata corpus amictu
mollibus aut foliis aut mollibus incubat herbis,
saepe legit flores. et tum quoque forte
legebat, 315
cum puerum vidit visumque optavit habere.
Nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
quam se conposuit, quam circumspexit amictus
et finxit vultum et meruit formosa videri.

2. vv. 320-355: profferte di Salmacide, rifiuto di Ermafrodito, finto allontanamento della ninfa e bagno del ragazzo nella fonte.

Introduzione: *Postquam nympha Salmacis viderat puerum natum Mercurio et diva Cythereide qui ad nymphae fontem venerat, incaluit et voluit cum eo iacere; ergo ad eum appropinquavit.*

Tunc sic orsa loqui: "puer o dignissime
credi 320
esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,
sive es mortalis, qui te genuere, beati,
et frater felix, et fortunata profecto,
si qua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix;
sed longe cunctis longeque beatior
illa, 325
si qua tibi sponsa est, si quam dignabere taeda.

haec tibi sive aliqua est, mea sit furtiva voluptas,
seu nulla est, ego sim, thalamumque ineamus
eundem."
nais ab his tacuit. pueri rubor ora notavit;
nescit, enim, quid amor; sed et erubuisse
decebat: 330
hic color aprica pendentibus arbore pomis
aut ebori tincto est aut sub candore rubenti,
cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae.

poscenti nymphae sine fine sororia saltem
 oscula iamque manus ad eburnea colla
 ferenti 335
 "desinis, an fugio tecumque" ait "ista relinquo?"
 Salmacis extimuit "loca" que "haec tibi libera
 trado,
 hospes" ait simulatque gradu discedere verso,
 tum quoque respiciens, fruticumque recondita
 silva
 delituit flexuque genu submisit; at ille, 340
 scilicet ut vacuis et inobservatus in herbis,
 huc it et hinc illuc et in adludentibus undis
 summa pedum taloque tenus vestigia tinguit;
 nec mora, temperie blandarum captus aquarum

mollia de tenero velamina corpore
 ponit. 345
 tum vero placuit, nudaque cupidine formae
 Salmacis exarsit; flagrant quoque lumina
 nymphae,
 non aliter quam cum puro nitidissimus orbe
 opposita speculi referitur imagine Phoebus;
 vixque moram patitur, vix iam sua gaudia
 differt, 350
 iam cupit amplecti, iam se male continet amens.
 ille cavis velox adplauso corpore palmis
 desilit in latices alternaque brachia ducens
 in liquidis translucet aquis, ut eburnea si quis
 signa tegat claro vel candida lilia vitro. 355

3. vv. 356-388: tentativo di violenza da parte di Salmacide, preghiera agli dei, metamorfosi e maledizione di Ermafrodito alla fonte.

Introduzione: *Postquam nympha Salmacis viderat puerum natum Mercurio et diva Cythereide qui ad nymphae fontem venerat, adulescenti nuptias aut furtivam voluptatem proposuit. Puer autem omnia recusavit et, dum putat nimpham abuisse, nudus in fontem iniit.*

"Vicinus et meus est" exclamat nais, et omni
 veste procul iacta mediis inmittitur undis,
 pugnatemque tenet, luctantiaque oscula carpit,
 subiectatque manus, invitaque pectora tangit,
 et nunc hac iuveni, nunc circumfunditur
 illac; 360
 denique nitentem contra elabique volentem
 implicat ut serpens, quam regia sustinet ales
 sublimemque rapit: pendens caput illa pedesque
 adligat et cauda spatiantes implicat alas;
 utve solent hederæ longos intexere
 truncos, 365
 utque sub aequoribus deprensus polypus hostem
 continet ex omni dimissis parte flagellis.
 perstat Atlantiades sperataque gaudia nymphae
 denegat; illa premit commissaque corpore toto
 sicut inhaerebat, "pugnes licet, inprobe,"
 dixit, 370
 "non tamen effugies. ita, di, iubeatis, et istum
 nulla dies a me nec me deducat ab isto."

vota suos habuere deos; nam mixta duorum
 corpora iunguntur, faciesque inducitur illis
 una. velut, si quis conducat cortice
 ramos, 375
 crescendo iungi pariterque adolescere cernit,
 sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
 nec duo sunt et forma duplex, nec femina dici
 nec puer ut possit, neutrumque et utrumque
 videntur.
 'Ergo ubi se liquidas, quo vir descenderat,
 undas 380
 semimarem fecisse videt mollitaque in illis
 membra, manus tendens, sed iam non voce virili
 Hermaphroditus ait: "nato date munera vestro,
 et pater et genetrix, amborum nomen habenti:
 quisquis in hos fontes vir venerit, exeat
 inde 385
 semivir et tactis subito mollescat in undis!"
 motus uterque parens nati rata verba biformis
 fecit et incesto fontem medicamine tinxit.'

Trattandosi di brani piuttosto brevi, si può prevedere alla fine delle due ore un momento di condivisione fra i ragazzi tornati nei gruppi base. A casa l'insegnante rivedrà i testi che poi verranno messi in comune tramite classroom o registro elettronico, in modo che, per la lezione successiva, dopo lo studio domestico (ca 1h), tutti abbiano ben presente il testo per intero e vi si possa lavorare.

III lezione: L'eziologia (2h)

Una volta appurata la conoscenza del testo, un primo approccio può riguardare l'aspetto eziologico. È possibile ricordare brevemente la tematica in età ellenistica, in particolare negli *Aitia* di Callimaco, che ai fr 65-66 specificamente parla delle fonti argive. Non si tratta tuttavia di frammenti particolarmente significativi, quindi non li riporto. Invece, fatto notare che l'avverbio *unde* (v. 285), più ancora che *quare*, si può considerare un "termine tecnico" per introdurre un'eziologia, si possono invitare gli studenti a cercare, tramite un *database* di libero accesso (individualmente o a gruppi), gli altri passi delle *Metamorfosi* in cui è utilizzato a questo scopo. Ci si può servire di *Perseus University of Chicago* (<https://perseus.uchicago.edu/>); basta posizionarsi sugli autori latini, selezionare Ovidio e fare la ricerca lemmatica, escludendo ovviamente le occorrenze in opere differenti dal poema epico.

Perseus Digital Library at UTLS | SCARE VIEWER | ARTS PROJECT | CLASSICAT CHICAGO | REPORT A PROBLEM

PhiloLogic 4 is here: Check links below

logeion greek ☐4 latin ☐4 commentaries ☐4 monographs ☐4 LSJ ☐4 Lewis & Short ☐4 Slater ☐4 Woodhouse

Perseus Project Texts Loaded under PhiloLogic
Final season for PhiloLogic 3, Summer 2018

News and updates

Update May 21, 2021: The old server has now been unplugged. Rest in peace, emille. Please use the PhiloLogic4 links below.

If you have been a contributor to the project, do get in touch if you'd like advanced access to old features: Leave a note in the problem reports to this effect and don't forget to give an email address.

Update May 14, 2021: We did say up above, "Final Season," didn't we? No kidding. Our trusty server will be taken offline in short order. Check here and/or on Twitter for updates on where to reach this philological search engine in its new form/n new surroundings.

Just for kids, check out a different LSJ load (you'll see why we wanted to hold off on release a little while longer):
LSJ in Philo4. (Abbreviations in first volume)
Similarly, a first attempt at Lewis and Short in Philo4.
For Lewis and Short, open the abbreviations separately.
Click a first attempt at Slater's Lexicon to Philo4 in Philo4.
For some monumental grammars, the Monographs.
Many classic commentaries search for classical author names in the title field.

And where are the primary texts, you ask? Greek Texts are right here. Latin Texts are here.
Thanks it, friends. Are you ready for the switch? Please take Philo4 for a ride and tell us what you think.

LATIN TEXTS AND TRANSLATIONS

CONCORDANCE KWIC COLLOCATION

Search Terms: unde

Searching database for unde

Bibliography criteria: author: "Ovid" title: "Metamorphoses"

Hits 1 - 25 of 25

View occurrences with context View occurrences line by line (KWIC)

1	Ovid, METAMORPHOSES Book	More	BROWSE BY FACET
Saturnia vaccae, quamquam invita, probat, nec non et culus et unde quove sit armento, veri quasi nescia quaerit. Iuppiter e terra			
2	Ovid, METAMORPHOSES Book	More	Frequency by
pascua natam abstrahit, lose procul montis sublimis cacumen occupat, unde sedens partes speculatur in omnes.			

Per chi fosse meno tecnologico o meno interessato ad implementare anche le competenze digitali, posso dire che le occorrenze rilevanti, se non mi sono sbagliata, sono sei, oltre al passo in questione:

- 4, 620 (*unde frequens illa est infestaque terra colubris*) in cui si spiega da dove derivi la grande quantità di serpenti africani: sarebbero stillate al suolo gocce di sangue della gorgone da cui sono stati generati.

- 5, 327s. (*unde recurvis/nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon*), con cui si motiva il fatto che Ammon è rappresentato in Africa con le corna, per l'aspetto preso da Zeus come capo di un gregge di dèi mutatis in animali per paura.

- 5, 552s. (*Vobis, Acheloides, unde/ pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?*) In cui si chiede appunto quale sia la motivazione dello strano aspetto delle figlie di Archelòo.

- 10, 223 (*unde etiam nomen traxere Cerastae*) che vuole motivare il nome degli antichi abitanti di Amatunte che avevano due corna ritte in testa.

- 14, 338 (*unde Canens dicta est*) che spiega il nome di una ninfa particolarmente abile nel canto.

- 14, 626 (*unde tenet nomen*) che giustifica il nome di Pomona dal suo amore per le coltivazioni, in particolare delle piante da frutto.

Focalizzando poi l'attenzione sulla *vis notissima* della fonte (v. 287), si nota che si tratta di un potere di indebolire chi ne venga in contatto, in modo evidentemente negativo visto che la sorgente è *infamis*, ha quindi pessima reputazione. Può essere interessante mostrare agli studenti come si confrontano testi diversi per saggiare la veridicità dell'affermazione di Ovidio rispetto alla nomea della fonte o se si tratta

solo di un espediente letterario. Si possono fornire ai ragazzi alcuni brevi passi paralleli, il primo dei quali in greco (in lingua originale o traduzione, a seconda dei corsi di studio) di Strabone, un geografo coevo di Ovidio, che, nella sezione dell'opera da cui è tratto il breve brano, parla la città di Alicarnasso, delle sue caratteristiche paesaggistiche e architettoniche, nonché dei suoi abitanti.

Strab. *Geogr.*, 14, 2, 16: Καὶ ἡ Σαλμακίς κρήνη, διαβεβλημένη οὐκ οἶδ' ὀπόθεν ὡς μαλακίζουσα τοὺς πiónτας ἀπ' αὐτῆς. ἔοικε δ' ἡ τρυφή τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα· τρυφῆς δ' αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία.

“E la fonte Salmacida, screditata non so per quale motivo, poiché rammollisce/indebolisce coloro che ne bevono. La mollezza degli uomini pare addurre come motivo l'aria (= le arie) o le acque, ma la causa della mollezza non sono queste cose, ma la ricchezza e l'imperanza dei modi di vivere” (versione mia “di lavoro”).

